

XXII. Karlus Avarorum gentem subegit armis. IV, 22.

XXIII. Saxones iterum ad idolatriam revertuntur. IV, 23.

XXIII. Hac tempestate filius regis Pippinus ex concubina Himildruda cum aliquibus comitibus Francorum consiliatur, ut regem interficeret et loco eius regnaret. Quo conperto rex Pippinum iussit tonsorari et ceteros eius consentaneos diversis mortibus interfici. IV, 24.

XXV. Karlus dirigit^a filios suos Pippinum et Hludwigum in Beneventum cum exercitu, factaque est famis valida, ita ut nec in XLma a carniū esu abstineretur. Per idem tempus sinodus congregatur ad Franconofurt. IV, 25.

XXVI. Karlus in Saxoniam pergens Saxones obtinuit et tertium de eis hominem in Franciam educens conlocavit. IV, 26.
His temporibus Alcuinus rethor Britanicus, diaconus et abbas monasterii sancti Martini, sanctitate et doctrina clarus habetur. Adrianus papa obiit, cui succedit Leo XCVIII.

XXXVI. Karlus imperator Saxones absque bello a propriis finibus expulsos in Franciam conlocat. Alcuinus XIII. Kal. Mai obit, et Ricboto eodem anno moritur. IV, 36.

XXXVII. Leo papa iterum in Francia venit. IV, 37.

XXXVIII. Imperator Karlus inter filios suos, id est Karlum, Pippinum, Hluduwihum, dividit. IV, 38.

XXXVIII. Crimoaldus dux Beneventanus moritur, et mortalitas maxima in monasterio sancti Bonifatii, ita ut fratrum iuniorum morientur, et Eggi moritur et Hutuman et Meginrat sanctos aufugiunt pueri puerorum et pessime custo consiliis pravis conviciis multis tunc lacerat erat. IV, 39.

XL. Et Carlus filius imperatoris Carli perrexit cum exercitu Francorum in Winidos ultra flumen Albia. Sed tanem^b eo tempore non prosperatus est transitus eius, sed de plurimi Francorum occisi sunt. IV, 40.

XLI. Imperator ad Aquis totum annum redit, et Richolfus ad monasterium nostrum Fulda^c, id est sancti Bonifatii, missus est abbatis et fratrum causa, et ecclesia sanctae Mariae in monte dedicata. IV, 41.

XLII. Mortalitas bovum maxima pene in tota Europa nec non et hominum plurimorum, et Hruothruda filia imperatoris et Pippinus filius eius. Imperator venit in Saxoniam. Eclipsis solis II. Kal. Dec. ^{arndeo nordaloh prezolta} IV, 42.

a) 'dirigit' korr. aus 'direxit'. b) sic! c) 'Fulda nostrum' mit Zeichen zum Zwecke der Umstellung. d) Ueberschrift von anderer Hand. Pertz meint 'eadem manu'.